



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

Cap. I. Quo jure inventæ & introductæ sint Decimæ; & continet quatuor
Quæstiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

- 18 Decima præcepta sunt jure Pontificio.
 19 Causa, ob quas decima introducta sunt, remissive.
 20 Deus O. M. reservavit sibi decimas in signum uni-
 versalis dominii.
 21 Decima introducta quoque sunt ad congruam susten-
 tationem ministrorum Dei, & ecclesia.



CAP. I.

Quo jure inventa, & introducta
 sint Decima.

QUÆRO PRIMO, An decima jure naturæ inven-
 ta sint?

Respondeo, eas originem habuisse † ante legem
 scriptam, quando solum vigeat lex naturalis; unde le-
 gimus Genes. 14. quod Abraham de omnibus, quæ à
 quinque regibus eripuerat, decimas dedit sacerdoti
 Melchisedech; de quo loquens D. Paulus ad Heb. 7. ait;
 Intuemini, quantus fuerit hic, cui & decimas dedit de
 præcipuis Abraham Patriarcha; & Gen. 28. Vovit votum
 Jacob dicens, Si fuerit dominus mecum, & custodierit me
 in via, &c. & paulo post, cunctorum, quæ dederis mihi,
 decimas offeram tibi. Alia ad hoc affert Covar. lib. 1. var.
 resol. c. 17. n. 2. Navar. in man. c. 21. n. 28. & alii quos re-
 fert Petr. Cened. in collect. ad jus can. part. 1. collect. ul.
 De votis vero † circa decimas, nec de decimis ipsis
 gentilium & ethnicorum, videre potes apud Rebus. in
 suo tract. de decimis, q. 1. num. 2. 3. & 5. Varr. l. 5. de ling.
 lat. Plin. Plutarch. & alios, quos refert Covar. d. c. 17. n.
 2. Anastas. Germox. in suo Mod. tract. de sacror. immun.
 lib. 1. cap. 14. nu. 2. usque ad 15. & l. 3. cap. 19. num. 4. &
 Petr. Greg. Tholos. præl. opt. jurisc. probiq. magist. l. 2. cap.
 25. Puto tamen † homines sub lege naturæ non fuisse
 ligatos ad solutionem decimarum sub peccato, sed
 solvebantur vel ex consilio, vel ex voto, ut concludit
 Rebus. d. quaest. 1. Tyndar. Doctor antiquissimus in similè
 tract.

tract. de decimis, numer. 9. & Abulens. super Matth. 23.
 Unde consequenter dicendum, eum, qui nunc omittit
 decimas solvere ministris ecclesiæ, præsertim non in-
 4 digentibus, non peccare † contra jus naturale, sed solum
 contra jus positivum Pontificium, ut mox dicemus.

QUÆRO SECUNDO, *An decima instituta sint,
 & præcepta de jure divino?*

5 Respondeo, † communem resolutionem esse, quod
 à Deo instituta fuerint, & olim saltem sub veteri lege
 præcepta. Deus enim O. M. *Exod. 22.* præcepit, eas sol-
 vi; *Decimas*, inquit, *& primitias tuas non tardabis of-*
ferre, & Lev. ult. omnes decima terra tua de pomis arborum,
siue de frugibus Domini sunt, & illi sanctificantur,
& Num. 18. cum sacerdotibus, qui & ipsi erant ex tribu
Levi, dedisset Deus omnia primitiarum jura, Levitis
concessit decimas omnium fructuum, & pecorū, summo
vero Sacerdoti decimam decimæ Levitarum, &
 6 *hoc quoad decimas prædiales seu reales. De personali-*
bus vero † habetur 2. Esdr. 10. ibi, Levitæ decimas
habent in omnibus urbibus, in quibus opus nostrum ex-
ercetur; & Deuter. 12. Offeratis decimas, & primitias
manuum vestrarum. Dubium autem maximum est,
 an hoc præceptum nunc obliget. Et quidem quod ob-
 7 liget, illa ratio potest afferri, quia † morale præceptum
 videtur, ut probat *Tyndar. d. tract. de decim. numer. 25.*
 8 *& Andr. Hisp. in reg. decim. vers. 4. fui interrogatus,*
num. 1. moralia autem præcepta † obligant etiam tem-
pore novæ legis, ut docent Theologi omnes, & tradit
Gratian. & ibi gloss. in c. si. §. his ita, 6. dist. Sed quod de-
 9 *cimæ à Deo institutæ sint, & ex jure divino † nunc*
quoq; debeantur, voluit gloss. 2. in c. à nobis, & gl. pen.
in cap. nuper de decim. tradunt Doct. in rubr. & c. paro-
chianos, c. in aliquibus & c. tua, il. 1. eod. tenentque
expresse Tyndar. & Rebus. loc. cit. Andr. Hisp. in sua
reg. decimarum, versic. decima est jure naturali, num. 1.
§ 6 & 15. Rot. Rom. decis. 1. num. 1. de decim. in antiq. &
decis. 14. nu. 2. de jud. in no. & alii passim. Est enim hæc
 opinio

opinio fere communis canonistarum. Imo idem † de- 10
 cifum videtur à summis Pontificibus, *in c. tua, il. 1. &*
2. c. parochianos, & c. in aliquibus, de decim. & Concil.
infra citandis, cum aliis concord. qua ubique allegantur
à gloss. & canonist. Contrarium tamen, quod de jure
 divino nunc non debeantur, † voluerunt Abul. *Marr. 11*
18. q. 90. & Ugo de S. Vi& l. 1. de sacr. par. 11. c. 4. & 11. ce-
teriq; Theologi, quos late, sed leviter refellunt Tyn-
dar. Germon. & Rebuf. locis citatis. Sed opinionem A-
 bul. & Vg. quod decimæ à Deo institutæ quidem sint,
 non tamen ex nunc præcepto divino debeantur, præ-
 ter D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. & ibi Cajet. *Sot. lib. 9. de*
just. & jur. q. 4. art. 1. & alios omnes Theologos, teste
 Alph. Castr. *de hares. verb. Decima,* quib. hac in re, ma-
 gis quam canonistis credendum est, cum de jure divi-
 no interpretando agatur, quod proprium eorum mu-
 nus est, tenent † inter Juristas Covar. maxime auctori- 12
 tatis vir, *d. cap. 17. numer. 2. & 3. Thom. Zerol. in sua*
praxi Episc. verbo, decima, in princip. Navar. in man.
conf. c. 21. n. 28. & 31. & tract. de redd. eccl. q. 1. monit.
59. num. 1. & conf. 2. num. 3. tit. de decimis, vol. 1. Fern.
Vasq. contr. illustr. lib. 2. c. 89. num. 1. in fi. & Turre-
crem. in cap. revertimini, n. 5. & 6. 16. q. 1. & Summistæ
 fere omnes, qui vel canonistæ sunt, vel canonū haud-
 quaquam ignari *verbo, decima,* ubi etiam late & opti-
 me probant horum Doct. quamplures, illud † præce- 13
 ptum decimarū non morale esse, sed potius judiciale.
 Judicialia autem † nunc vim legis non obtinent, ut 14
 tradit S. Thom. 1. 2. q. 104. art. 3. *Alens. 2. p. sum. q. 3. n. 1.*
Bonav. 4. senten. distinct. 3. art. 3. q. 2. Scotus q. ultima,
& alii passim, & inter Iurisconsultos late tradit Tiraq.
de retr. lign. in pras. num. 8. & in specie, quod decima-
 rum præceptum tanquam judiciale abrogatum sit,
 tradit post alios *Henriq. l. 7. sum. theob. mor. c. 17. nu. 1.*
 Omnia vero in contrarium allegata, solum probant,
 decimas institutas fuisse à Deo, & præceptas in lege ve-
 teri, ut fuse tradit *Vasq. & Covar. loc. cit. Quibus &*
 ego libenter adhæreo propter illorum optimas ratio-
 nes.

- nes; maxime quia contra divinum præceptum nulla datur consuetudo, aut dispensatio, quæ tamen in solutione decimarum admittitur, *ut infra suo locis dicemus.* Illud sane non inficior, jure naturali & divino teneri subditos ad sustentandum pastorem animarum suarum indigentem, *ut post D. Thom. Scot. & alios optime probat Covar. d. num. 2. & 3. Vasq. Turrecr. & Navar. locis citatis.* Quoad substantiam ergo, hoc est, quoad congruam sustentationem ministrorum, dici possunt ¶ decimæ de jure naturali, & divino; quoad modum vero; quod nimirum hæc sustentatio fiat per viam decimarum, id est de jure humano, ut late, & optime explicant præcitati Doct. & in hoc consistit hæc opinio, quæ etiam vel ex eo probabilis redditur, quod
- ¶ præceptum decimarum ¶ inter ecclesiæ præcepta numeratur.

QUÆRO TERTIO, *An decima præcepta sint jure Pontificio?*

- ¶ Respondeo, ¶ omnibus notum esse, quod sic; de hoc enim sunt infiniti prope *tex. in cap. decima, 16. q. 1. c. omnes decima, 16. q. 7. & omnes cap. tam Decret. quam 6. & clem. sub hoc tit. de decim. ubi omnes hoc clamant, & in Conc. Magunt. c. 38. sic dicitur, admonemus, atque præcipimus, ut decimas dari de omnibus non negligatur, quia Deus ipse sibi dari consuluit, & Conc. Triden. sess. 25. c. 12. de refor. docet, decimas debitas esse Deo, & qui eas dari noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadere, earumq; solutionem præcipit sub pœna excommunicationis.*

QUÆRO QUARTO, *Quam ob causam introducta sint decima?*

- ¶ Respondeo, multas ¶ esse causas, ob quas introductæ sunt, quas recenset inter alios *Rebus. d. tract. q. 2. n. 1. & seqq. Tynd. d. tract. num. 14. cum seqq. sed illæ duæ*
- ¶ præcipuæ sunt; Altera, quod Deus O. M. ¶ eas sibi reservavit in signum universalis dominii, *c. cum non sit, & c. tua, il. 2. de decim. & colligitur ex Concil. Magunt. & Trid. locis alleg. hanc causam refert Rebus. d. q. 2. n. 1. Tyndar.*

Tyndar. d. tract. num. 17. & 43. & Andr. Hisp. d. vers. decima est jure naturali, num 8. & hoc firmant canonistæ omnes, in c. 1. de decim. in 6. ubi Franc. hanc communem opinionem dicit; & amplectitur etiam Boer. decis. 236. & Capit. decis. 20. nu. 5. Vir. opin. 153. verbo, consuetudo non solvendi, Benincas. tract. de paupertate, q. 7. in 6. speciali, n. 2. Altera causa est † sustentatio ministrorum Dei, & ecclesiæ, c. si ergo, 12. q. 1. e. novum, de decimis, quod idem annotarunt Tyndar. Rebus Hisp. locis citatis, Covar. d. c. 17. nu. 2. Sarment. de reddit. ecclesia, cap. 4. nu. 8. D. Thom. q. 87. art. 1. Sotus d. l. 9. q. 4. art. 1. & alii quotquot de decimis scripserunt.

SUMMÆ RERUM.

- 1 Definitio decima; qua explicatur. num. seqq.
- 2 Decima solvitur de omnibus bonis, licite acquisitis, numero 3.
- 4 Decima est quota pars, hoc est, unum ex decem; & si quando solvitur duodecima, quintadecima, vel alia quota, ea habetur pro decima. num. 5. & cur hæc potius quota, quam alia electa sit à Deo. numero 6.
- 7 Denarius numerus est primus terminus numerorum, & perfectionem significat.
- 8 Deus reservavit decimam partem tamquam Levitis sufficientem, populo autem non molestam.
- 9 Primitia, & oblationes in quo differant à decimis; & quid sint. num. 10.

CAP. II.

Quid sit Decima.

QUÆRO PRIMO, De definitione decima.

Respondetur, quod omnis aliis descriptionibus, sic potest † defini, omnium bonorum licite acquisitorum quota pars Deo ejusque ministris, divina institutione;

tione;